

## Primus phisicorum.

cto primo queritur ergo in quo est punctum subie-  
ctive non potest dici qd sit in substantia indivisibil  
quia nulla talis est nec potest dici qd sit in subiecto  
divisibili qz tunc esset divisibile. Itē punctum me-  
diū totius cōtinui capiatur z quero i qua medieta-  
te est z non potest dari maior ratio qd sit in vna me-  
dieta qz in alia igitur. Itē tunc esset infinitum in ac-  
tu quia in qualibet linea sunt infinita puncta.

¶ Tertio si q̄titas est tale accidens medium inter  
substantiam et qualitatem: tunc qualitates in sa-  
cramento altaris non essent per se subsistētes quod  
est contra magistrum in quarto probatur tamen  
qz fm istā opinionē albedo inheret quantitati. Itē  
Tunc due superficies se penetrarent z tunc due q̄-  
titates essent simul penetratiue naturaliter et p̄ba-  
tur de superficie concava lune et cōvera ignis que  
sunt simul quia celū lune z sphaera ignis contingant  
tur. Item pono qd deus corrumpat omnes partes  
b. linee manētibus punctis eius et ponatur ista pū-  
cta super a lineā tunc quero vel occupāt eā totā vel  
non. Si primū ergo b. lineā componebatur ex pun-  
ctis. Si secundū ergo est aliqua pars a linee q̄ non  
occupatur z ponamus qd prius b. lineā fuerit coex-  
tēsa a linee z absqz mutatione situs punctorum b.  
linea fuerit corrupta.

¶ Quarto sequitur qd indivisibile poterit moveri  
et quod aliquod accidens non movebitur per acci-  
dens cuius tamē subiectum movebitur primum pa-  
tet de puncto quod est in sorte currēte fm patet de  
puncto corporis moti circulariter qd nec ascendit  
nec dscēdit nec circulariter movet. Itē pono qd de-  
us annihilat pūctum terminatiuum a linee tūc que-  
ro vel ipsa est finita vel infinita. Si primum ergo su-  
perfluit punctum terminans lineam. Si secundum  
Contra non est maior qz prius erat.

¶ Quinto volo qd aqua condensetur tunc vel ma-  
net omnino eadem q̄titas que prius vel nō. Si sic  
ergo eadem quātitas est minor qz prius fuit p hoc  
qd partes propinquius iacent cū igit partes substā-  
tie sint eodē modo iacentes ppinquius nunc qz pri-  
us z cū non propter aliud ponitur q̄titas videtur  
qd sit superflua si autēz non manet tota q̄titas que  
prius igitur aliqua pars deperditur. z enim ad cor-  
ruptionem subiecti immediati corrumpantur quod-  
libet accidens eius sequitur qd nulla qualitas ma-  
net cuius contrarium apparet in rebus condensa-  
tis. Item quare ponitur quantitas. Si dicas vt fa-  
ciat ptes distare. Contra in sacro eucharistie fm  
reales manet q̄titas continua in corpore christi. z  
tamen partes non distāt sed vbiqz est vna ibi est  
altera. Item si aliquod corpus ponatur in vacuo  
adhuc ipsum est quantum et tamen non est per suas  
q̄titates extensum fm locū qz ibi non est locus.

¶ Sexto vel q̄titas est dimensio z sua extensio vel  
non. Si secundum ergo q̄titas superfluit quia per  
istam extensionem potest corpus esse extēsum z vna  
pars potest ab alia distare. Item tūc esset penetra-  
tio dimensionum z extensionum quia vbiqz est  
extensio corporis ibi est extensio linee. Si primum  
Contra lineā pedalis potest manere sua pedalitate  
corrupta: quia eadem numero potest fieri per cōdē-  
sationem semipedalis. Item subiectum distinguit  
a sua propria passione sed longitudo est in linea et  
non nisi sicut passio i subiecto. Item aristoteles. v.  
metha. T. c. xviii. multum z parum sunt passionēs  
q̄titarum per se similiter magnum z parū sed ma-  
gnum dicit aliquam dimensionem.

¶ Septimo tunc daretur primum mutatum esse in  
motu locali cōtra phm. vj. phi. p̄batur tamē qz sint  
duo corpora pedalia q̄ se tāgant quoz vltima sunt  
duo indivisibilia deinde capiatur aliud pedale quod  
extendatur sup primū. z incipiat moveri vsus fm.  
Cōstat qd primo acquireret illud indivisibile in q̄ fm  
tangit primū. ergo istud erit primū mutatum esse.  
Itē si dantur ista puncta indivisibilia aut sunt po-  
ra corporeitate aut posteriora. Non fm qz punctū  
est principū linee. Nec primum quia secundū com-  
men. in libz. de substantia orbis prima rerum existē-  
tium in materia est corporeitas.

¶ Octavo vel punctū est aliquid positivū vel p̄ua-  
tium. Ad primū patet qz nō pōt intelligi nisi per  
negationē si dicis illa negatio est nobis notior con-  
tra p̄uatio non cognoscit nisi p̄ habitū. Itē tunc  
sine generatione aliquid fieret in actu qz diuidatur  
linea iam ibi in qualibet extremitate sunt duo pun-  
cta q̄ prius nō erāt nec v̄ p̄babile qd diuidens ḡnā  
uerit aliqua duo absoluta in actu. Nec fm qz tunc  
terminus cōtinui esset nihil. Item punctū ponitur  
in definitione linee per se sed nulla p̄uatio p̄inet  
per se ad essentialē positivi igitur. Item Si pūctū  
tantum est carentia longitudinis latitudinis z p̄-  
funditatis ergo eodem modo poterit dici qd lineā  
erit tantum carentia latitudinis et profunditatis.

¶ Nono arguitur qd lineā nō sit indivisibilis fm la-  
titudinem z p̄funditatem: quia tunc sequeretur qd  
aliqd inciperet diuidi qd tñ nūqz desineret diuidi:  
tñ nō semp diuidet z aliqd desineret diuidi qd non  
incipit nec incipit nec incipiet diuidi. Ad ad p̄mū pas-  
tet ponendo qd fortes nunc incipiat diuidere a cor-  
pus per vltimū instans non esse tunc patet qd lineāz  
quā nūc tāgit nō diuidit z eā imediate post hoc dī-  
videt q̄ ipsa incipit diuidi qd autē nūc eā non diuidit  
patet qz nunc nō agit. Ad autē nō desinet diuidi  
p̄batur quia da oppositum et signef instans in quo  
desinet diuidi et quero vel est mediatū vel imedias-  
tū huic. Si p̄mū ergo nō imediate post hoc erit dī-  
uisa nec pōt dari fm qz nō datur instans imedia-  
tum instati. Deinde p̄batur altera pars illati capiē-  
do vltimam lineam corporis diuidendi illa in ins-  
tanti terminatiuo diuisionis totius non diuidet:  
quia tunc nulla erit actio vt suppono et ante illud  
instans diuidetur vt patet z tamen non incipit dī-  
vidi quia tunc non imediate ante hoc diuidebat  
vel datur instās imediatum instanti. ¶ Decimo  
arguitur de numero z vnitāte probando qd non dī-  
stinguuntur a rebus numeratis quero enim qd est  
vnitas. z videtur qd non sit aliud qz q̄titas p̄tinua  
quia est i subiecto diuisibili z sic erit diuisibilis for-  
te cōcedis cum herueo in. j. d. xxiii. Sed cōtra tūc  
numerus non differret specie a q̄titate continua z  
sic q̄titas p̄tinua z q̄titas discreta non essent due  
species quantitatis forte dicis qd vnitas differt se-  
cundum rationem a quātitate continua vnde dicis  
qd vnum quod est principium numeri super quantē-  
tatem continuam addit rationem mensurē discrete  
fm quam mensuramus aliqua esse tot vel tot vnde  
plures homines sunt tot propter plures q̄titates  
continuas per quas adinuicem distinguuntur. Sed  
contra. Mensura est de genere relationis quia mē-  
sura relative dī ad mensuratū ergo nō est principū  
speciei existentis in genere quantitatis cum p̄dē-  
camenta sint impermixta. Item proprietas alicu-  
ius non constituit rationem eius cū proprietas sit  
posterior eolcuius est proprietas sed mensura est